

stipendium, ii. *subs. n.* **FORMA** stī- ENN Ann 7.215. VARRO Ling 5.183. Ennius scribit: Poeni stipendia pendunt. CATUL 64.173. nec dira ferens stipendia tauro. ī *per uersus apparet, item per* stependia *et* stupendia, *ut stipula et stupula*^{EM}; stependia CIL 6.3069., stupendia CIL 6.2496., 6.2787. **ETYM** *stipendium¹ < stipem, pendere² ¹ ISID Orig 16.18.8. stipendium ab stipe pendenda nominatum; antiqui enim adpendere pecuniam soliti erant magis quam adnumerare. ² VARRO Ling 5.182. Hoc ipsum stipendium a stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant: nam quod asses librae, pondo erant, qui acceperant maiorem numerum non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet; ab stipando stipem dicere coeperunt. 5.182. Et hinc dicuntur milites aerarii ab aere, quod stipendia facerent. **DLAT** stipendiarius, stipendiari, stipendiosus. [**FREQ** media **528**^{indicia} **38** /d.c.m. **235** NAEV] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter satiricos aptum, praecipue narrando argumentando exponendo; saepissime prosa, omnibus usibus, praecipue pro rata parte doctis; et technicis ad agri culturam, historiam naturalem artemque militarem pertinentibus inuenitur; inde ab initiis apparet usque ad Antiquitatis finem, saepis aec.

VARIATIO OPERUM		indicia	p/d.c.m. subc.
	argumentalis	83	16
	dramatica	4	9,2
	exponens	32	12
	lyrica	2	8,7
	narratiua	413	81
DIACHRONICA	III-II aec.	6	15
	I aec.	226	82
	I-II ec.	134	35
	III-V ec.	168	25
DIAPHASICA	docta	76	30
	media	454	40
	quotidiana	4	9,4
DIASTRATICA	litteraria	502	46
	technica	32	12
MODUS	prosa	522	44
	uersu	12	6

¶ **a1** *militis salarium saepius pecunia oblatum • paga del soldado, soldada, habitualmente recibida en metálico* [**HYPER** salarium **DOM** donatium, largitio] **205** PLAUT Mil 74. uidetur tempus esse, ut eamus ad forum, ut in tabellis quos consignauī hic heri latrones, ibus denuerem stipendium. **55** CIC Pis 14. stipendio me hercule et frumento Catilinam esse putasses iuuandum. **30** VAL MAX 7.6.4. aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt. **200-300** LIV Perioch 4. stipendium ex aerario tum primum militibus datum est. **350** IUST 39.2.5. inops pecuniae, cum stipendia militibus deessent, e templo Iouis solidum ex auro signum uictoriae tolli iubet.  PAUL FEST 379. Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo, quod datur in stipendium militi. PRISC Part (Keil 3.514). solemus et Martiaticus Martiatica Martiaticum dicere, unde stipendia militum. COD Iust 3.28.37. qui salaria uel stipendia percipiunt publica.

munere per sex menses siue annum peracto accipiebatur • se recibía, a los seis meses o al año, al finalizar la campaña militar  VARRO Frg Non 77. stipendium appellabatur quod aes militi semestre aut annum dabatur. GLOSS 2.372.2. μισθὸς στρατιώτων. 2.138.40. ὁψώνιον στρατιωτικόν. 4.393.31. quae militibus dantur. 2.188.17. μισθοφοραί.

quo usu cum salario a saec. ii ec. simul inuenitur • uso en el que confluye con salarium a partir del s. II ec.  COD Iust 3.28.37. qui salaria uel stipendia percipiunt publica. DIG 17.2.52.8. stipendia ceteraque salaria.

a2 *pecunia ad exercitum habendum parata • partida presupuestaria para el mantenimiento del ejército* **40** SALL Iug 27.5. Deinde exercitus ... scribitur; stipendium aliaque, quae bello usui forent, decernuntur.  GLOSS 2.138.38. σιτηρέσιον.

b1 *ab eo, quod annua salaria referebat, annos sub armis designauit siue militis siue militum qui imperatori cuidam parebant; et a saec. III ec. II qui plures annos militauerant in melius considerabantur et beneficia obtinebant • de referir el pago debido al soldado por cada campaña militar, designó los años de campaña militar cumplidos por este o por el conjunto de soldados que forman el ejército a las órdenes de un general; en época bajoimperial, la acumulación de años de servicio suponía una subida en el escalafón o proporcionaba ciertos privilegios ante la administración pública* [**HYPER** munus exercitus^b] **201** PLAUT Epid 38. uidendum est, ut materies suppetat scutariis, si in singulis stipendiis is ad hostis exuias dabit. **66** CIC Manil 26. partem militum, qui iam stipendiis confecti erant, dimisit. **105-110** TAC His 3.75. quinque et triginta stipendia in re publica fecerat, domi militiaeque clarus. **400** HIST AUG Maximin 2.2. Prima stipendia equestria huic fuere.  COD Theod 13.1.7. qui in sudore bellandi stipendorum gradu usque ad protectores meruerunt. 6.27.16.1. annosa militia et longa stipendorum mole uexatus. GLOSS 2.438.38. στρατείας χρόνος. 4.567.41. munera.

et ad pecuniam per menses siue annos receptam rettulit, ut subsidium ciuile a re publica commissum • fue aplicado a otras cantidades que se entregaran periódicamente de forma obligada, como una pensión pública **205** TERT Scorp 6.4. priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas.

siue priuatum • o privada  DIG 25.1.13. Neque stipendium neque tributum ob dotalem fundum praestita exigere uir a muliere potest: onus enim fructuum haec impendia sunt.

• en el s. II ec., este pago ya había entrado en confluencia con donatium **390** AMM 15.6.3. donatum stipendio militem Constanti nomine adlocutus est.  GLOSS 2.532.34. epidosis stratias.

pecunia militibus uariis causis conferta, eo praesertim, quod imperator militum animos allicere uoluisset; et 'id quod per militiam obtineo' contra 'id quod ab imperatore donatum est' quasi semantizatum inuenitur • cantidad de dinero que era entregada a los soldados por distintos motivos, entre los cuales sobresalía la voluntad de congraciarse el emperador con el ejército que lo apoyaba: la oposición 'producto de un trabajo' frente a 'regalo dado por alguien poderoso' se encuentra semantizado muy pronto **208-212** TERT Resurr 47.7. stipendia enim delinquentiae mors, donatium autem dei uita aeterna in Christo Iesu domino nostro.

^{in fine Antiquitatis} *cum largitio coniunctum est, cum stipendii pars de imperatoris uoluntate Principatu penderet et ut donatium constaret, at ab imperatore Domino salarium totum quasi largitio esset; et stipendium, cum donatium coniunctum, ad mercedem pro magnis solutam pertinuit, siue praemium siue poena • se relacionó con largitio, cuando una parte de la paga del soldado dependiera de la voluntad del emperador durante el Principado (donatium), pero todo él fuera considerado un favor del emperador autócrata durante el Dominado; la identificación con donatium ha servido para aplicar stipendium al pago por la realización de un costoso esfuerzo, como 'recompensa' o 'castigo' según los casos* **397-401** AUG Conf 10.43.68. stipendium iustitiae uita et pax est. **400** HIST AUG Prob 23.2. stipendia de largitionibus nulla erogarentur. **412-427** AUG Ciu 13.5. mors autem mala, quia stipendium est peccati.

b2 *ad procinctum militarem, a milite exercitando, pertinuit • se aplicó a la campaña militar, relacionada a partir del entrenamiento del soldado* **44** MELA 3.35. Arcus tendere equitare uenari puellaria pensa sunt; ferire hostem adularum stipendium est.

ad uitae acumina siue officia transit • dio paso a aplicarse a las tareas o estadios de la vida **63-65** SEN Epist 93.4. quid inter hunc intersit ... functum omnibus uitae humanae stipendiis ... et illum cui multi anni transmissi sunt? **369** SYMM Or 3.2. adulescentem ... cuius primum est stipendium principatus.

seu ad sententias et ea quae homines credunt • o a las ideas y creencias **386** AMBR Epist 10.2. nullus debile corpus trahens, ieiuniorum stipendiis oneratum. **384-385** SYMM Rel 3.11. Honor solus est in illo ueluti stipendio castitatis.  COD Theod 13.1.16. distincta enim stipendia sunt religionis et calliditatis.

seu ad uitia • a un vicio **197** TERT Nat 1.16.19. bona filio male superstiti praefectus adscribit, non ad hereditatem, sed ad stipendium stupri et incesti.

seu ad cupidines • a un placer **125** APUL Met 9.20.2. prima stipendia Veneri militabant nudi milites.

seu ad cuiuscumque officia • o al deber de cada cual **125** APUL Met 7.6.3. uxor eius Plo-tina ... decimo partus stipendio uiri familiam fundauerat.

b3 ^{praedicatium - gen.} *ad operam siue studium cui quisquam instabat pertinuit; immo ad Herculis labores • indicaba el ámbito específico a que se dedica un esfuerzo; incluso a los trabajos de Hércules* **350** IUST 2.4. Herculi rex, cui duodecim stipendia debebat, quasi impossibile imperauerit, ut arma reginae Amazonum sibi adferret.

et antea studium forense, ad ciuem pertinens, significauerat; quod militari oppositum erat, secundum pristinam oppositionem inter domum militiamque institutam • anteriormente, ya se había utilizado para designar la dedicación forense, relacionada con ciuis y opuesta a la militar, según la antigua oposición entre domus y militia **35-38** SEN Contr 5.6.1. Apud patres nostros qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium toga exerere. **121** SUET Tit 4.2. Post stipendia foro operam dedit.

quare a saec. III ec. ad publicae administrationis officia pertinuit • lo cual acabó aplicado al desempeño de tareas administrativas en el Bajo Imperio **390** AMM 30.4.6. alique numerosi post exercitus prosperime ductos, post uictorias et tropaea ciuilibus stipendorum officiis floruerunt.

c *pecuniae necessitas eo, ut pro militia uiribus solueretur, imperatorem saepe angebat, ne milites contra eum insurgerent • la necesidad de disponer de fondos para pagar a la tropa acuciaba al general por motivos de intendencia o por miedo a motines* **29-9** LIV 26.35.3. remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. **105-110** TAC Hist 3.8. posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi.

debellata gens exercitum alere debebat, a quo stipendium pro tributo monetali fuit, cum uectigal ad frumenta etc. pertineret • siendo necesario que la población autóctona mantuviera el ejército de ocupación, stipendium fue un tipo de tributum para pagar a los soldados con dinero en metálico, en tanto uectigal designaba el impuesto en especie [**HYPER** tributum **DOM** pendere] **42-41** SALL Catil 20.7. semper illis reges, tetrarchae uectigales esse, populi, nationes stipendia pendere. **50** CURT 9.7.14. Rex consilio habito deditos in fidem accepit stipendio ... inposito. **404** SULP SEV Chron 2.26.6. imposito Iudaeis stipendio procuratorem eis Antipatrum ... praeposuit.  SCHOL Cic Gron. Dixit stipendia quae mittunt imperatoribus ciuitates amicae. DIG 50.16.27.1. «stipendium» etiam «tributum» appellari Pomponius ait.

• e incluso fue considerado una subclase de uectigal  SCHOL Cic Gron. stipendiarii. quibus uictis uectigal imponitur.

loc. uerb. intr. stipendia emerere [emereri]. a militia post stipendi emerita uacare • haber cumplido años de servicio militar, estar retirado de la milicia o estar licenciado [**TROP** otiari] **205** PLAUT Most 131. unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum specimen cernitur, quo eueniat aedificatio. **40** SALL Iug 84.2. cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci. **14** R. GEST Diu Aug 17. praemia darentur militibus qui uicena aut plura stipendia emeruissent. **300-400** PARIS 6.1.10. C. Cornelium fortissimae militiae stipendia emeritum.

loc. uerb. intr. stipendia merere [mereri]. (quod, quamuis a saec. I aec. inueniatur, ante tamen exstitisse uidetur si contrariam ei locutionem Plautinam perspicias emereri) stipendia sub armis complere • cumplir años de servicio militar [**HYPER** militare] **56** CIC Cael 11. eademque erat, si statim mereri stipendia coeperamus, castrensis ratio ac militaris. **116** TAC Ann 1.36. missionem dari uicena stipendia meritis. **310** PANEG Const Imp 3.3. stipendiis in ordinem meritis et militiae gradibus emensis ad fastigium istud maiestatis ascendit.